e-codices

Mil P ergin peregre. Ago neque ſtelle in celo. Mil pergin auris tundere
Ago N eque hoc neque illuc neq: enim uo ſerio neque hercle uo. Mil quid
O puſ eſt uerbis quippini quod uno uerbo dicere hic quid uis licet
Ago N eque hercle uero ſerio ſcin quo mo. ita me di amabunt uin bona
D icam fide quod hic inter nos liceat ita me iupiter ſcin q
V ide tu credin quod ego fabuler. Mil ſi nequeo facere ut abeas
E go met abire uolo nam iſti quidem hercle orationi edippo
O puſ eſt comectore qui ſpingi interpreſ fuit. Ago illic hinc iratus
A biit: nunc mihi cautio eſt ne mea culpa meo amori obiciam
M oram. ibo atque accerſam teſteſ qdo amor iubet
M e obedientem ee ſeruo liberum.

ANTAMONEDES MILES LYCVS LENO.

D ii illum infelicitent omneſ qui poſt hunc diem leno ullam ueneri
Vnq imolabit hoſtiam. qui ue ullum thuriſ granum
S acrificauerit nam ego hodie infelix diſ meis iratiſſimis
S ex imolaui agnoſ: nec potui tn propitiam venerem
F acere uti eſſet mihi: qm litare nequeo abii illinc illico
I ratus uetui exta proſecarier: neque ea aſpicere uolui quoniam
N on bona aruſpex dixit deam ee indignam credidi
E o pacto auare ueneri pulcre adii manum qdo id
Q uod ſat erat ſatiſ habere noluit; ego pauſam feci: ſic ago
S ic me decet ego faxo poſthac dii deq3 ceteri contentiores
M age erunt atq3 auidi. minuſ cum ſcibunt veneri ut adierit leno manum.
C ondigne aruſpex non homo trioboli omnib9 in extis aiebat
P ortendi mihi malum dãnumq3. & deoſ eſſe iratoſ mihi.
Q uid ei diuini aut humani quiſ crederet mina mihi.
A rgenti dono poſt illa data eſt. S3 queſo ubi nã illic reſtitit
M ileſ modo qui hanc mihi donauit, quem ego uocaui ad prandium.
S ed eccum incedit. Ant ita ut occoepi dicere
L emile de illa pugna pentetronica qua ſexcenta hominum
V no die euolaticor9 manib9 occidi meiſ. Ly euolaticor9
H ominum. Ant ita dico q. Ly an obſecro uſquam
S unt homines uolatici. Ant fuere uerum ego interfeci
Ly Q uo modo potuiſti. Ant dicam uiſcum Legioni dedi
F ũdaſq: eo proſternebam folia farferi. Ly cui rei.
Ant N e ad fundaſ uiſcus adhereſceret. Ly perge optume hercle

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 192r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0138/192r)